

§. I.

Quibusdam promissis referuntur sententia.

et aeternum unde & ejus cognitio non est temporalis, sed aeterna. Comparatur autem aeternitas ad tempus, sicut indivisibile ad continuum, in tempore enim invenitur diversitas...

ARTICULUS II.

An Deus certo cognoscat futura contingentia, ante decretum & praedestinationem sua voluntatis?

Cum in qualibet scientia seu divina seu humana, duo observanda sint, nempe res facta, & medium seu modus sciendi, demonstratur in Deo certa & infallibilis futurorum contingentium scientia...

Notandum primo, Quod quando quaeritur, an Deus cognoscat futura contingentia, ante vel post decretum: per illas particulas, Antea, & Post, non significatur prioritas, vel posterioritas realis...

Notandum secundo, Theologos distinguere duplex genus decretorum in Deo: Quaedam ex sua natura, & ex propria virtute efficacia, antecedenter ad ipsum effectum...

Notandum tertio, Ad hoc ut aliquid possit habere rationem medi ductentis in cognitionem alterius, duo necessaria requiri. Primo ut antecedat, prioritate saltem naturae & causalitatis...

Notandum quarto, aliquam cognitionem praesidi debet esse conjecturalem duobus modis: subjunctive scilicet, & objective: five ex parte cognoscentis, & rei cognita.

Circa propositam questionem varie sunt Theologorum sententiae: licet enim omnes Recentiores in eo conveniant quod Deus futura contingentia & libera certo cognoscat ante decretum, & praedestinationem suam voluntatis...

Notandum quinto: Futura contingentia non possunt nisi duplici via cognosci, scilicet vel in se, vel in suis causis. In se, vel ratione veritatis determinatae, quam habent in seipsis, vel ratione praesentiae suae existentiae...

§. II.

Demonstratur nihil esse determinata futurum ante decretum, & praedestinationem divina voluntatis.

Aeternam varias illas extraneorum sententias, quas praecedenti §. exposuimus, & diversa illa media, in quibus Recentiores docent, Deum futura contingentia certo cognoscere ante decretum, scilicet, & in particulari contentum, firmiter statendum ac demonstrandum est, nihil esse determinata futurum ante decretum & praedestinationem voluntatis divinae...

Conclusio posset probari variis auctoritatibus Sanctorum Patrum, praesertim Divi Augustini, & Sancti Thomae: Sed quia plures infra referemus, hic unicum, sed egregium, utriusque Sancti Doctoris testimonium proferre satis erit. Invisibilissimus ergo divinae gratiae defensor libro 26. contra Faustum cap. 4. reddens rationem cur fateatur se nescire an aliquid sit futurum: Ideo (inquit) nescio, quia quid habent de hac re voluntas Dei me laesit: illud me tamen non laesit, sine dubio futurum, si hoc Dei voluntas habet...

Vestigia Augustini fideliter secutus est fidelissimus ejus discipulus D. Thomas: nam in hac parte qu. 16. art. 7. ad 3. haec scribit: illud quod nunc est, ex eo futurum fuit antequam esset, quia in causa sua erat ut fieret, unde sublata causa non esset futurum illud fieri: sola autem causa prima est aeterna, unde non sequitur quod ea qua sunt, semper fuit verum ea esse futura, nisi quatenus in causa semper aeterna fuit ut essent futura, qua quidem causa est solus Deus. Ex quibus ita arguo. Etenim tantum aliquid est futurum ab aeterno quatenus in causa prima fuit ut esset futurum: At non fuit ut esset futurum in causa prima ratione omnipotentiae, ut consideratur in actu primo, nam ut sic tantum dat denominationem possibilis: Ergo fuit ut esset futurum in causa prima, ut per decretum liberum determinata, ad dandam effectui existentiam in tempore; & consequenter, non praesentia divina decreto, nihil potest esse aut intelligi sub ratione futuri, ex mente & doctrina Sancti Thomae.

Probatum secundo ratione fundamentali desumpta ex natura & definitione futuri, supra a nobis exposita. Futurum enim est illud quod est determinatum in suis causis ad habendam existentiam pro duratione sequenti: Sed antecedenter ad decretum & praedestinationem voluntatis divinae, nulla res est determinata in suis causis, ad habendam existentiam pro duratione sequenti: Ergo in signo rationis illud antecedente, nihil est determinatum futurum, sed mere possibile, minor constat, Deus enim est una & praecipua ex causis que debent concurrere ad productionem rerum: Sed antecedenter ad suum decretum Deus non est determinatus ad productionem illarum, ut constat, cum decretum sit ipsius determinatio causae primae: Ergo antecedenter ad decretum nulla res est determinata in suis causis, ad habendam existentiam pro duratione sequenti. Major autem initio hujus disputationis facta a nobis demonstrata, auctoritate Sanctorum Patrum, & efficaci ratione, petita ex differentia qua intercedit inter possibile, futurum, & existens. Res enim mere possibilis continetur intra potentiam causae omnino indifferentis & indeterminatae ad ejus productionem. Res existens est totaliter egressa & suis causis, & posita extra dependentiam illarum. Res vero futura, cum sit media inter mere possibilem, & existentem, etiam modo fieri debet; nec est totaliter posita extra suas causas, sicut existens neque contenta in sola potentia causae omnino indifferentis ad ejus productionem, sicut mere possibilis: sed continetur in determinatione ipsius causae, inclinata ac determinata ad dandam illi existentiam in aliqua differentia temporis. Unde D. Thomas quest. 16. de malo art. 7. Cognoscere futura in causa sua, nihil aliud est quam cognoscere praesentem inclinationem causae ad effectum. Et q. 2. de ver. art. 11. ad 7. Cuius dicitur hoc est futurum, vel fuit...

talis causae creatae secundum se, vel ut continentur in ea, quatenus determinata a Deo: In causa etiam divina & increata possunt considerari, vel ut contenta in ipsa divina virtute secundum se, vel ut contenta in virtute divina, quatenus determinata decreto divinae voluntatis; quod decretum potest esse vel determinans, seu causas ipsam causae libere, & contingens determinationem; vel indifferens, & expressus influentia. Denique divinum decretum potest considerari ut actuale & exercitum, vel ut futurum & ponendum; & juxta omnes istas considerationes, diversae erunt sententiae, circa modum quo Deus cognoscat futura contingentia & libera seu circa medium in quo illa contemplantur.

Prima est Regidii Romani in r. dist. 33. ubi docet Deum cognoscere futura contingentia ante decretum, in suis ideis, vel in sua essentia, ut habet rationem ideae, aut speciei impressae.

Secunda est Molinae hic dist. 4. & Becani tom. 1. summae Theol. cap. 10. quest. 9. qui asserunt Deum antecedenter ad suum decretum, & determinationem suae voluntatis, sua infinita intelligentia, penetrare & cognoscere quodammodo voluntas creata, vel quocumque statu & conditione ponatur, de facto voluit, & in quam partem se inclinavit, dummodo Deus praebeat illi concursum ad hoc necessarium, nec suspendat illum. Quem concursum, pro causis liberis, Molina vult esse indifferenterem, & sub indifferentia voluntati oblatum, ut illa eligat, & determinet; & ita in vi illius, Deus non cognoscit actus nostros liberos sed tota illorum certitudine, & determinata cognitio, ad penetrationem voluntatis humanae, sub illo consensu indifferenter seipsum determinantis reducitur. Hanc autem penetrationem, & perfectissimam cognitionem voluntatis humanae, vocat Molina supra comprehensionem, ad distinctionem cognitionis divinae ab Angelica, quae licet comprehendat voluntatem hominis, in ea tamen non cognoscit actus nostros liberos, sicut Deus.

Tertia sententia est Fontecae Tomo 3. Metaph. & Suarez libro 2. de scientia Dei cap. 8. ubi docent Deum cognoscere futura contingentia, & nostros actus liberos, in suo decreto, non quidem actuali, & exercitio, (ut voluit Thomista) sed futuro, & ponendo in sequenti signo rationis.

Quarta qua his temporibus apud Recentiores invaluit, asserit Deum non cognoscere futura contingentia in aliquo medio objective, sed immediate in seipsis, & secundum propriam illorum cognoscibilitatem, & veritatem objectivam, quam dicunt habere independentem a divino decreto, ex natura & vi contradictionis: vel ex suppositione eventus futuri, & ex eo quod propositio de futuro, aliquando habeat unam de praesenti, seu de in esse veram. Ita docent Vasquez, Heric, Martinus & alii. Quam sententiam probabiliter reputat Suarez lib. 2. de scientia Dei cap. 2.

Non est praeterritenda Teophili Rainaudi singularis sententia, qua asserit, Deum per scientiam mediam cognoscere quid factura esset voluntas creata in his vel illis circumstantiis, si illi ipsi reliqueretur, & si se sola sine concursu illius operari posset. Ita expressè docet in libro, cui titulus est, Nova libertatis explicatio, parte 2. cap. 4. num. 35. ubi haec scribit: Operatio creaturae non antecedit actu & ipsa concursus divinum, sed tantum conditionate postquam ante Dei concursum actu exhibitur, obicitur divino intellectui operatio voluntatis creatae, tanquam exortura ab eo, si ipsa voluntas se sola posse agere.

Doctrina Thomistarum in tot opinionum varietates non scinditur, nec in tot fessè implicat sententiarum labyrinthos: Vera enim sapientia (inquit Dionysius cap. 4. de div. nom.) est a multis opinionibus convergens, & ad unam, veram, & uniformem congregans cognitionem, & uno unitivo lumine complexa. Super qua verba D. Thomas ibidem lect. 4. sic habet: Illi qui cognoscunt veritatem, conveniunt in una sententia: sed illi qui ignorant, dividuntur per varios errores. Vera ergo sententia sistit in unico medio, in quo docet Deum ab aeterno futura contingentia certo & infallibiliter praescire: decretum scilicet efficax suae voluntatis, attingens non solum substantiam, sed etiam modum libertatis, & contingente in rebus liberis, & contingentibus; illaque transfersens a statu mere possibilis, ad statum determinatae futurationis, ac proinde faciens illas praesentes in mensura aeternitatis, quae cum sit infinita simul & indivisibilis, ambit totum tempus, & omnes differentias ejus, ut dicit D. Thomas hic art. 13. Ita docent antiqui Thomista, Capreolus, Cajetanus, & Ferrarientis; & ex Recentioribus Bannez, Nazarius, Zamel, Albeda, alique plures, quos referunt Salmanticenses, & sequuntur discipuli Scoti imitantes Subtilium Magistrum in r. dist. 35. q. unica, & dist. 39. q. 1. §. Viso de contingentia rerum. Et ex Societate Henriquez, Granadus, & Ruius, citati ab Alarcon tom. 2. Disp. 2. cap. 6. qui duo ultimi admittunt praesentiam ab...

futura, designatur ergo qui est in causa illius rei ad eius productionem.

37. Probatur tertio alia ratione fundamentali. Decretum Dei est prima radix, & primum principium determinate futuritionis in rebus: Ergo antecedenter ad illud, non potest esse, vel concipi res ut determinate futura. Consequenter patet, effectus enim non potest esse vel concipi ante suam causam. Antecedens vero probatur. Illud est prima radix, & primum principium determinate futuritionis in rebus, quod primo determinat primum principium possibilitatis illarum: At primum determinans primum principium possibilitatis rerum, est divinum decretum: Ergo illud est prima radix, primumque principium determinate futuritionis illarum. Major constat, possibile enim est quid superius ad futurum & non futurum, sicut animal ad hominem & leonem: quare sicut illud quod determinat, & contrahit rationem animalis ad speciem v. g. hominis, illam constituit; ita & illud quod determinat primum principium possibilitatis rerum, est prima radix, primumque principium futuritionis illarum. Minor vero probatur. Primum principium possibilitatis rerum est divina omnipotentia, ut notum est lumine naturali: Sed illud quod primo determinat divinam omnipotentiam ad productionem rerum in aliqua differentia temporis, est divinum decretum: Ergo illud est id quod primo determinat primum principium possibilitatis rerum. Minor constat, cum enim Deus non sit agens naturale sed liberum, non operatur nisi ex libera determinatione sua voluntatis; ac proinde ejus omnipotentia, quae de se est indifferens & indeterminata ad productionem rerum, non potest ad illam determinari, nisi a libera decreto suae voluntatis.

38. Confirmatur & magis illustratur haec ratio: Res omnes creatae possunt in triplici statu considerari, scilicet in statu possibilitatis, futuritionis, & existentiae; & in his tribus statibus, a Deo, ut a primo principio, dependent. Nam in statu possibilitatis pendet a divina omnipotentia, quae potest eas producere, & illis dare esse in statu futuritionis, a divino decreto, Deo potentiam determinante, ut det illis esse in aliqua differentia temporis: in statu vero existentiae, ab actuali influxu & causalitate Dei illas creatas & conservantis in esse. Sicut ergo repugnat aliquid esse possibile, independentem a divina omnipotentia, & existens, independentem ab influxu & causalitate Dei: ita implicat, aliquid esse vel concipi ut futurum, independentem a decreto & determinatione voluntatis divinae, subindeque in signo rationis illam antecedente.

39. Haec argumenta adeo evidenter & demonstrativa sunt, ut Suarez Prologom. 2. de gratia fateatur ex illis evidenter demonstrari, nihil esse absolute futurum, independentem a decreto Dei absolute. Addit tamen, res contingentes & liberas esse conditionate futuras, independentem a decreto conditionate actuali & exercito. Quia, inquit, talia futura involvunt decretum ex parte conditionis, non tamquam praesens, & actu positum, sed tamquam futurum & ponendum.

40. Verum haec responsio & doctrina Suarez, fuisse impugnabitur infra disp. 6. art. 5. §. 4. ostendimus enim, futura conditionata non minus dependere a decreto conditionato, actuali & exercito, quam absoluta ab absolute; & decretum divinum non posse habere rationem futuri, etiam virtualiter, nec ut tale a Deo cognosci.

Adhuc, quod haec responsio non coheret cum principiis illius Auctoris, & aliorum Recentiorum, qui docent unam ex propositionibus contradictorias de futuro conditionato, esse determinate veram, & alteram falsam, pro priori ad divinum decretum, ex vi & natura oppositionis contradictoriae, vel ex suppositione eventus futuri, & ex eo quod propositio de futuro conditionato, habebit vel haberet aliquando unam de inesse, seu de praesenti veram. Nam cum ante decretum absolutum, possint formari propositiones contradictoriae de futuris absolutis, & conditionatis, ac fieri eadem suppositio eventus futuri, manifestum est, juxta principia Adversariorum, propositiones contradictorias de futuris contingentibus, tam absolutis, quam conditionatis, esse determinate veras, pro priori ad decretum, ac proinde illarum obiectum determinate futurum; & quantum ad hoc nullum posse ab illis inter absoluta & conditionata discerni assignari. Sed de hoc fuisse infra disp. 6. art. 5. §. 7. demonstrando inutilitatem scientiae mediae.

41. Non valet etiam responsio aliorum Recentiorum, qui dicunt contingentia habere determinatam futuritionem a decreto generali & indifferenti concurrendi ad quodcumque creatura voluerit: non autem a decreto praedeterminante, & a praedestinatione voluntatis divinae. Haec enim responsio ex principiis supra art. 1. statuta constat manere, si enim futurum est illud quod est determinatum in suis causis, ad habendam existentiam pro duratione sequenti, manifeste sequitur, futura contingentia aut libera non posse habere futuritionem determinatam, a decre-

to illo generali & indifferenti quod Adversarii fingunt in Deo, cum ab illo non possint habere determinationem in causa prima; haec enim a decreto pure indifferenti determinari nequit, alioquin tale decretum non deberet dici indifferens, sed determinans.

Confirmatur: Cum indifferens & determinatum inter se opponatur, non minus repugnat ex duplici principio indifferenti simul conjuncto, procedere determinatum effectum, quam ex niva & glacie simul junctis produci calorem; vel ex duplici voluntate omnino indifferenti, contrahi matrimonium, ut supra disp. 3. art. 2. §. 2. dicebamus: Ergo cum omnipotentia divina sit de se indifferens ad productionem rerum, si illi adjungatur decretum etiam indifferens, non poterit esse principium & causa determinate futuritionis illarum.

Probatur tertio conclusio alia ratione fundamentali. Si res contingentes, aut liberae, essent determinate futurae, absolute, vel conditionate, antecedenter ad decretum, & praedestinationem voluntatis divinae: vel talis futuritio conciperetur, vel ex se, & ex sua natura, vel ex causalitate Dei, aut alterius causae: Nullum est huiusmodi. Ergo &c. Major constat a sufficienti enumeratione: Minor vero probatur, quantum ad singulas partes. Est in primis quod futura contingentia & libera non possint habere futuritionem ex se, & ex sua natura, evidens est. Tum quia essent futura necessaria, & ex natura rei, non vero libera & contingenter, & sic Deus non posset facere ut non essent futura: quod enim convenit alicui ex se, & ex sua natura, convenit ei necessario, nec potest a Deo impediri. Tum etiam, quia ab eodem principio res habent futuritionem ab aeterno, a quo habent existentiam in tempore: At futura contingentia non habent existentiam in tempore a se, & ex sua natura: Ergo neque futuritionem ab aeterno.

Secunda etiam pars non minus est certa, cum enim Deus non sit agens naturale, sed liberum, nulla potest in illo esse vel concipi causalitas, aut determinatio circa creaturas, antecedenter ad decretum, & liberam determinationem suae voluntatis.

Denique tertia pars Minoris probata manet ex dictis: Cum enim omnis causalitas, & efficientia, ac determinatio causarum secundarum, pendeat a causalitate, & determinatione Dei, si nulla possit esse vel concipi causalitas, & determinatio Dei circa creaturas, vel conceptus casualitates, & determinatio Dei circa creaturas, & transferantur ad statum determinate futuritionis, nulla etiam poterit in tali signo esse vel concipi causalitas, vel determinatio causarum secundarum, a qua futura contingentia habent determinatam futuritionem.

Confirmatur & magis illustratur haec ratio. Res futura in hoc distinguuntur a mere possibili, quod res mere possibile est indifferens ad esse vel non esse, nec ullum dicit ordinem ad existentiam; res vero futura, est determinata ad habendam existentiam in aliqua differentia temporis, unde in futuritione includitur aliqua actualitas, ordo scilicet ad existentiam, qui non includitur in mere possibilitate. Cum ergo antecedenter ad decretum, nihil possit esse vel concipi, a quo res contingentes vel liberae, habeat talem actualitatem, & ordinem ad existentiam (ut enim jam ostendimus, non possant in tali signo illam habere a se, nec a causa prima, nec a secunda) manifestum est, in tali signo illas non posse esse, nec cognosci a Deo, ut determinate futuras, sed tantum ut mere posibles.

Respondent Adversarii: Contingentia antecedenter ad divinum decretum, non habere futuritionem, nec a se, nec a determinatione causae primae, vel secundae, sed ex suppositione eventus futuri: ex eo enim quod aliquando in tempore verum erit dicere de Petro v. g. quod disputat, vel convertitur; verum sicut ab aeterno, in signo antecedenti decreto, & in quocumque alio signo imaginabili, dicere de illo quod disputabit, vel convertetur.

Verum haec responsio est mera elusio, ac illusio, & manifesta petitio principii. Cum enim antecedenter ad decretum, res omnes sint in statu mere possibilitatis, & indifferente ad existentiam, vel non existentiam: ex vi talis signi, & dispositionis factae in illo, non potest magis apponi quod res eveniat, quam quod non eveniat, & quod Petrus disputabit, & convertetur, quam quod non disputabit, & non convertetur: Quare sic potest formari argumentum. Vel suppositio illa eventus futuri antecedenter ad decretum, habet aliquod fundamentum, vel natura ipsius rei contingens, quae possit existere in aliqua differentia temporis, vel determinatio causae primae, aut secundae, & sic recurrunt argumenta proposita. Si secundum, sequitur suppositionem illam esse mere chimericam, nec habere fundamentum, nisi in imaginatione Adversariorum.

Secundo, Vel suppositio illa eventus futuri, a qua Adversarii volunt contingentia habere futuritionem determinatam

eam ante decretum, est necessaria, vel libera: Neutrum dici potest: Ergo &c. Minor quantum ad primam partem evidens est: Si enim talis suppositio esset necessaria, futuritio quae ex ea oriretur, & in illa fundaretur, non posset esse libera & contingens; & sic contingentia necessario & non libere evenirent; Probatur vero quantum ad secundam: cum enim decretum Dei sit primum liberum, & prima radix totius libertatis creatae, & participatae, ut infra art. 5. §. 4. ostendimus, est etiam primum fundamentum omnis suppositionis liberae & contingentis; ac proinde antecedenter ad illud, nulla potest esse, vel concipi suppositio libera vel contingens, sed naturalis tantum, & necessaria.

Tertio, Cum talis suppositio eventus futuri possit fieri & concipi in quocumque signo imaginabili, poterit fieri & concipi in signo antecedenti divinam omnipotentiam, ac proinde rerum possibilitatem; & sic res contingentes & liberae, poterunt prius esse & concipi ut futurae, quam ut posibles, quod implicat manifestam contradictionem; cum enim futuritio rerum supponat illarum possibilitatem, si illae conciperentur future, antecedenter ad signum possibilitatis illarum; conciperentur ut futurae, priusquam essent futurae.

Probatur ultimo conclusio ratione desumpta ex Aristotele & D. Thoma: de interpretatione cap. 8. Si res esset determinate future, ante decretum, & liberam determinationem voluntatis divinae, essent futurae necessario, & ex natura rei, non vero libere, & contingenter; & sic colleretur omnis libertas, & contingentia rerum, quod est haereticum. Sequela Majoris probatur, ut enim ibidem subtiliter discurrunt Aristoteles, & D. Thomas: si semper (id est pro omni signo rationis imaginabili) veritas esset dicere de futuro, quod erit, non potest hoc non esse: quod autem non potest non esse, idem significat: aequale est impossibile non esse. Quod vero est impossibile non esse, idem est cum eo quod necesse est esse: unde sequitur, quod ea quae futura sunt, necessaria erunt.

Confirmatur & magis illustratur haec ratio Aristotelis & D. Thoma: Si Deus non posset impedire, quin futura contingentia habent determinatam futuritionem, illam habent necessario & ex natura rei, non vero libere, & contingenter: Deus enim impedit potest quicquid convenit rebus contingenter, & libere: At si res sint determinate futurae ante decretum, Deus non potest impedire talem determinatam futuritionem: Ergo illam habent necessario, & ex natura rei, non vero libere, & contingenter. Minor probatur: Deus non potest impedire ne alicui conveniat illud quod ipsi competit, priusquam de illo possit libere dissonere: At qui si res sint determinate future ante decretum, & liberam determinationem voluntatis divinae, futuritio illis convenit, priusquam Deus possit de illis libere dissonere: Deus enim non potest libere dissonere de rebus, nisi mediante libero decreto suae voluntatis: Ergo si res sint determinate future ante decretum, Deus non potest impedire illarum futuritionem. Argumenta quae contra hanc conclusionem fieri possent, infra articulo sequenti §. 4. commodius proponuntur ac diluuntur.

§. III.

Rejicitur sententia Aegidii Romani.

1. Ict ex dictis §. precedenti evidenter constat futura contingentia non esse a Deo certo cognoscibilia ante decretum, & praedestinationem suae voluntatis: ut tamen haec veritas, quae est unum ex praecipuis doctrinae Thomisticae fundamentis, plenius innoscatur, & magis confirmetur, ac stabilitur; variae illae Recentiorum sententiae, supra a nobis expositae, figillatim, & in particulari consistorum ejus sententiam stabiliamus. Prims igitur quae impugnanda occurrit, est illa quae communiter tribuitur Aegidii Romano, & aliis Antiquis Theologis, qui docent Deum cognoscere futura contingentia & libera in suis ideis, antecedenter ad decretum. Qui modus dicendi omnino repugnat D. Thoma, & aliquo modo favet scientiae mediae, & idcirco rejiciendus est. Unde

2. Dico primo: Deum non cognoscere futura contingentia antecedenter ad decretum, in suis ideis, five in sua essentia; ut habet rationem ideae, vel speciei intelligibilis. Probatur primo ex D. Thoma in 1. dist. 19. quest. 1. art. 2. ad 1. sic dicente: Sicut scire divinum est subjunctum libertati voluntatis, ita & idea, secundum quod ad eam referuntur alius divina scientia. Quibus verbis aperte docet, quod sicut divina scientia nihil cognoscit ut futurum, nisi quantum est subiecta decreto; ita nec idea aliquid ut futurum representat, nisi proat illi subest, & ab eo determinatur.

3. Hinc formari potest haec ratio fundamentalis nostrae conclusionis. Deus non potest cognoscere creaturas in suis ideis, five in sua essentia, ut habet rationem ideae, & exemplaris, nisi eo modo quo in illa representantur: Sed

antecedenter ad decretum creaturae non representantur in essentia divina, ut habet rationem ideae, ut futurae, sed ut mere posibles: Ergo in illa non possunt cognosci ut futurae, sed tantum ut mere posibles. Major constat, Minor vero probatur. Tum quia, ut ostendimus §. precedenti, res omnes, antecedenter ad divinum decretum, sunt in statu mere possibilitatis, & indifferente ad futuritionem, vel non futuritionem. Tum etiam, quia divina essentia representat creaturas ut illarum causa: Ergo per id solum poterit determinari in ratione representantis futura contingentia, per quod determinatur in ratione causae illorum: At solum decretum illam ad causandum determinat: Ergo per solum decretum, ut illa representent.

Confirmatur: Consentientia creaturarum in esse representativo in essentia divina, tanquam in idea & exemplari, fundatur in continentia illarum, in essendo: At essentia divina non continet creaturas in essendo, sub esse existentiae vel futuritionis, nisi per decretum determinata: Ergo non continet etiam illas ut existentes, aut futuras, in esse intelligibili aut representativo, nisi ut per illud determinata. Sicut divina scientia, ut supra disp. 3. art. 2. ostendimus, non est causa rerum, nisi ut habeat adjunctam voluntatem: Quare S. Doctor quae 3. de verit. art. 6. dicit: Idea in Deo ad ea quae sunt, vel fuerunt, vel erunt producenda, determinatur ex proposito divinae voluntatis.

Probatur rursus conclusio: Representatio idealium antecedenter ad decretum, est representatio naturalis, & necessaria, pertinens ad scientiam naturalem, & simpliciter intelligentem, non vero ad scientiam liberam, & visionis: quare si Deus cognosceret futura contingentia in suis ideis, antecedenter ad decretum, talis cognitio non esset libera, sed necessaria, & pertineret ad scientiam simpliciter intelligentem, non vero ad scientiam visionis. Unde cum Verbum Divinum procedat ex scientia simpliciter intelligenti, & cognitione obiectorum quae ab illa accinguntur, procederet ex cognitione futurorum contingentium; & sic ejus productio non esset necessaria, sed libera, quod principis fidei & Theologiae repugnat; ut in Tractatu de Trinitate disp. 9. art. 3. ostendimus.

§. IV.

Praecipuum adversus sententiam fundamentum convellitur.

Contra nostram conclusionem istud potest fieri argumentum. Ideae divinae antecedenter ad decretum sunt infinite in representando: Ergo in illo priori representant non solum possibile, sed etiam futura contingentia, ac proinde possunt esse medium, in quo Deus antecedenter ad suum decretum, eas cognoscit.

Confirmatur: Si ideae divinae solum post decretum representarent futura contingentia, non vero ante decretum, sequeretur quod illis ex decreto accresceret aliqua perfectio, & adveniret aliqua mutatio: Sed hoc non potest dici: Ergo nec illud. Sequela Majoris probatur: Praesentare obiecta, pertinet ad perfectionem ideae, & speciei intelligibilis: Ergo si ideae divinae, post decretum representarent futura contingentia, cum ante illud non representarent, sequitur quod ex decreto illis adveniat aliqua nova perfectio, & consequenter aliqua mutatio.

Ad objectionem, concessio Antecedente, neganda est Consequentia. Ex eo enim quod ideae divinae sint infinite in representando, solum sequitur quod illae representent omnia quae sunt representabilia, & eo modo quo sunt representabilia: unde cum antecedenter ad divinum decretum de futuritione rerum, nihil sit representabile ut futurum, sed solum ut possibile, eo quod in eo signo res omnes sint in statu pure possibilitatis, ideae divinae, quamvis infinite in representando, non representant, nec representare possunt ante decretum, res sub esse futuro, sed tantum sub esse possibili.

Haec responsio & doctrina explicari potest, & illustrari exemplo speculi. Sicut enim speculum quantumcumque perfectum, non representat nisi obiecta quae sunt, non vero quae erant, vel fuerunt, non defectiva virtus representativa in ipso, sed defectiva obiecti, quod non est representabile: ita similiter essentia divina habet rationem vel purissimum speculi, in quo res omnes relucunt, & representantur intellectui divino, eo modo quo sunt cognoscibiles, & representabiles: id est ut mere posibles, si sint in statu mere possibilitatis; ut futurae, si sint determinatae in suis causis ad habendam existentiam, & ut praesentes & existentes, si sint actu positae extra suas causas. Sicut ergo quando speculum representat aliquod obiectum quod antea non representabat, hoc non fit per mutationem ipsius speculi, sed potius per mutationem obiecti, quod fit illi praesens, eique obicitur: ita similiter quando essentia divina, ut habet rationem ideae, representat post decretum res ut futuras, cum ante illud representaret eas solum ut posibles, nulla advenit ei mutatio ex decreto, sed solum per illud res transferuntur a statu mere possibili

fiatis, ad statum futurationis, & sunt cognoscibiles, & representabiles ut futura, cum antea essent solum cognoscibiles, & representabiles ut mere possibilis. Ex quo patet responsio ad confirmationem.

S. V.

Impugnatur Sententia Molinae.

58 Molina loco supra citato certam futurorum tam absolute futurorum, quam conditionerum notitiam, reducit ad altissimam, & impercrutabilem comprehensionem divini intellectus, qua comprehendit arbitrium creatum, & in illo quid esset futurum, si in hac aut illa occasione poneretur, certo cognoscit. Ex quo inferit, nec Deum in sua voluntate, decreta sua ut futura, nec Angelum in voluntate humana, futuros ejus actus liberos, certo posse cognoscere: quia nec Deus suam voluntatem, nec Angelus voluntatem humanam supercomprehendunt, sed tantum comprehendunt. Quem modum dicendi non approbant, nec sequuntur alii Theologi ejusdem familiae, excepto Becano. Ut ergo hac sententia Molinae efficaciter constet.

Dico secundo: Futura contingencia absoluta vel conditionata, non possunt a divino intellectu certo cognosci in suis causis liberis, aut conditioneribus, prout praevident praedeterminationem divinam.

59 Probatur primo conclusio ex Sancto Thoma 1. Periharm. lect. 13. in 1. dist. 38. quast. 1. art. 5. quast. 2. de verit. art. 12. quast. 12. artic. 10. Primo contra Gentes cap. 67. Item 2. a. quast. 171. artic. 6. 1. parte quast. 57. artic. 3. quast. 86. art. 4. & hic art. 13. quibus locis expresse docet, in causis conditioneribus non posse futura contingencia certo cognosci, sed conjecturaliter tantum: Ergo medius ille dicendi Molinae, aperte contrariatur doctrinae D. Thomae.

60 Probatur secundo ratione ex illis locis desumpta: Deus non potest cognoscere futura contingencia, & libera in causis conditioneribus, aut in voluntate creatae, nisi eo modo quo in illis continentur, alioquin talis cognitio esset falsa, & induceret imperfectionem in cognoscente: At secluso decreto praedeterminante, futura contingencia & libera non continentur certo in causis conditioneribus, aut in voluntate creatae: Ergo non possunt in illis certo cognosci. Major constat, Minor probatur: Causae conditioneres, & liberae, ex se sunt indifferentes, & indeterminatae ad ponendum vel non ponendum effectus conditioneres, & actus liberos; & possunt vel ab extrinseco impediri, ne in actum exeant, vel se determinare ad actum oppositum. Ergo cum effectus in causa eo modo se habeant in cognosci, quod ad esse, cum illa sit medium cognitionis, quia est medium, & causa essendi; sicut effectus conditioneres & liberi, seclusa divina praedeterminatione, in causis conditioneribus & liberis, non habent esse certo & infallibiliter: Ita nec in illis, aut ex illis, possunt certo & infallibiliter cognosci, sed conjecturaliter tantum. Quam rationem tangit Sanctus Doctor artic. 13. hujus questionis, his verbis: Causa conditioneres se habet ad opposita, & sic conditioneres ut futurum, non habent per certitudinem alicui cognosci. Unde quicumque cognoscit effectum conditionerem in sua causa tantum, non habet de eo nisi conjecturalem cognitionem.

61 Confirmatur & magis declaratur haec ratio. Voluntas humana v.g. antecedenter ad decretum, & praedeterminationem voluntatis divinae potest considerari, vel secundum se, vel ut in his aut illis occasionebus & circumstantiis constituta; aut ut mota & excitata tali motione morali: Sed quocumque ex his modis consideretur, non potest esse medium in quo certo & infallibiliter, possint cognosci ejus actus liberi futuri: Ergo illi non possunt antecedenter ad decretum & praedeterminationem voluntatis divinae, in voluntate humana certo & infallibiliter cognosci. Minor probatur: Voluntas humana, non solum secundum se spectata, sed etiam ut sit sub illis circumstantiis & occasionebus, & prout haec vel illa motione morali movetur, & excitatur, manet indeterminata, & indifferens ad utrumlibet; ad amorem verbi gratia, vel ad odium, etiam in sensu composito, ita ut utrumque possit conjungere, & componere cum tali excitatione morali, & cum illis occasionebus & circumstantiis; maxime in sententia Adversariorum, qui volunt ad libertatem necessario requiri, ut possit quibuscumque ad agendum praerequisitis, voluntas maneat semper indifferens ad utrumlibet, etiam in sensu composito. Ergo seclusa divina praedeterminatione, non possunt in voluntate humana, certo cognosci actus ejus liberi futuri.

62 Respondet Molinae, haec argumenta solum demonstrare actus liberos futuros, non posse certo cognosci in voluntate humana, per comprehensionem illius, non tamen probare de supercomprehensione: unde cum Deus non solum comprehendat voluntatem creatam, sed etiam supercomprehendat, eo quod hunc intellectus divini in infinitum

excedat cognoscibilitatem voluntatis creatae, in illa certo cognoscit ejus actus liberos futuros.

Sed contra primo: Vel actus liberi possunt in arbitrio creato certo, & infallibiliter cognosci, vel non? Si primum, sequitur quod illi possunt certo cognosci ab Angelo, per comprehensionem voluntatis creatae; de ratione siquidem comprehensionis est, quod nihil obiecti lateat cognoscendo, & quod attingat in causa id omne quod in se continet, & cujus potest esse medium infallibile. Si secundum, illi non poterunt certo cognosci ab intellectu creato certo, per supercomprehensionem; cum illa non possit attingere effectus in causis conditioneribus, & actus liberos in voluntate creatae, nisi eo modo quo in illis sunt cognoscibiles, & quo in eis continentur: alioquin, ut antea dicebamus, talis cognitio mutaret obiectum, & induceret imperfectionem in cognoscente.

Secundo, id tantum est cognoscibile in aliquo, quod ex vi illius cognosci potest: Ergo si supercomprehensio non terminatur ad actiones liberas, ut cognoscibiles ex vi liberi arbitrii creati, sed ex vi eminentiae divinae scientiae, non cognoscit illas in arbitrio creato, ut in medio.

Tertio, Cognitione non praestat obiecto vim motivam, aut quasi motivam, per quam possit certo cognosci, sed potius eam in illo supponit: Ergo si voluntas creatae, ratione sua indifferens, & deselebilitatis, non habet esse se vim quasi motivam, qua possit decere in certam & infallibilem suorum actuum futurorum cognitionem, non poterit illam recipere a lumine infinito divini intellectus, eam supercomprehendere, & in infinitum excedente ejus cognoscibilitatem.

Quarto, Si Deus discursive cognosceret effectum per causam, non posset ex arbitrio creato, per supercomprehensio, certo colligere determinationem actuum liberorum: Ergo nec etiam non utens discursu. Consequentia patet; nam licet Deus non utatur formali discursu, virtualiter tamen, seu eminenter discursit; ac proinde quod in obiecto formali discursit nequit cognoscere, neque etiam poterit per virtutem aut eminentem. Antecedens autem probatur. Ut per discursum certo unum ex alio iteratur, sive intercedat comprehensio, sive supercomprehensio obiecti, debet cum illo connecti infallibiliter; ac per bonam consequentiam inferri: At ex arbitrio creato (utpote causa fallibilis, & deselebilitatis) ad esse determinationem actuum liberorum, consequentia infallibilis effici nequit; sicut ex principio solum probabili, & incerto, non potest deduci conclusio demonstrativa: Ergo &c.

Probatur tertio conclusio: Quoties aliquis effectus per se essentialiter dependet a duabus causis, ut cognoscitur certo, & infallibiliter futurus, oportet quod determinatio utriusque causa cognoscatur; sicut enim in sua existentia, ab utriusque influxu & causalitate, ita & in sua futuratione, ab utriusque determinatione dependet: At qui futura contingencia, & actus liberi voluntatis, per se & essentialiter dependet, non solum a causis conditioneribus, & a voluntate creatae; sed etiam a Deo, & a voluntate divina tamquam prima & universalissima causa: Ergo ut illi cognoscatur certo & infallibiliter futuri, debet cognosci non solum determinatio causarum naturalium, & voluntatis humanae, sed etiam decretum ac determinatio voluntatis divinae.

Denique probari potest conclusio argumento ad hominem contra Molinam, Deus non cognoscit certo in sua voluntate sua decreta ut futura, antecedenter ad actualem illorum existentiam, ut fatetur Molina: Ergo nec in voluntate creatae, certo praestit ejus actus liberos futuros. Probatur Consequentia: si enim voluntas divina non potest esse medium in quo Deus cognoscit suos actus liberos futuros, a fortiori nec voluntas creatae poterit esse medium ad suos actus liberos futuros, certo & infallibiliter cognoscendos. Et mirum est, quod Molina velit in sola voluntate creatae cognosci ejus actus liberos, non autem in voluntate divina ejus decreta. Et quod magis mirum, aut absurdum est, quod ad cognoscendos actus liberos futuros voluntatis creatae, velit non requiri cognitionem divini decreti, & determinationis voluntatis divinae.

Neque valet responsio hujus Auctoris dicentis ideo Deum non cognoscere in sua voluntate sua decreta, sicut in voluntate creatae praestit ejus actus liberos futuros: quia non supercomprehendit suam voluntatem divinam, sicut voluntatem creatam. Licet enim Deus supercomprehendat voluntatem creatam, & tantum comprehendat voluntatem suam, tamen illa ut supercomprehensa non est perfectus cognitio, quam voluntas divina ut tantum comprehendens, alioquin perfectus est Deo cognosceret voluntas creatae, quae est obiectum remotius divinae scientiae, quam voluntas divina, quae est ejus obiectum propinquius, & immediatius; quod est profus absurdum. Ergo si cognitio Dei, ut terminata ad voluntatem divinam, & ut est ejus comprehensio, nequit certo in illa attingere ejus libera decreta; non poterit etiam eadem cognitio, ut terminata ad voluntatem creatam, & quatenus est illius supercom-

percomprehensio, certo attingere in illa actus ejus liberos futuros: vel si ad ipsos potest certo terminari, poterit etiam ad illa se extendere.

S. VI.

Solvuntur argumenta Molinae.

67 Primo arguit Molina ex S. Thoma 1. contra Gentes cap. 67. ratione 3. ubi docet quod sicut ex causa necessaria, certo cognoscitur effectus necessarius; ita ex causa contingenti non impedita, certo cognoscitur effectus contingens: Ergo etiam in libero arbitrio non impedito, secundum Doctrinam Divi Thomae, Deus certo poterit ejus actus liberos futuros cognoscere.

68 Secundo aliter arguit: Saepa (inquit) contingit, ut pater ex indole filii sibi innata, conjecturaliter cognoscat in quam partem liber inclinabitur: Ergo cum Deus inclinationem voluntatis nostrae, infinite perfectius penetret, & cognoscat, quam quilibet pater indolem sui filii, evidenter cognoscat in quam partem liberum arbitrium creatum, hac vel illa occasione oblat, seipsum determinabit, sub concursu indifferenti quem illi offert.

69 Tertio, Comprehensio arbitrii creati terminatur ad emptionem cum quo habet necessariam connexionem. Ergo ejus supercomprehensio non fit in effectibus necessario connexionis, sed ad actus liberos evidentem cognoscendos futuros pertingit. Patet Consequentia, nam supercomprehensio, cum sit perfectior comprehensio, plura attingit in obiecto, quam comprehensio.

70 Denique in nostra sententia, Deus certo cognoscit in libero arbitrio ut praemotio efficaciter, actus liberos, ut determinat futuros; & tamen ut sic praemotum, cum illis indifferenter connectitur, alias praemotio tolleret libertatem: Ergo in medio, & in causa indifferenti, potest effectus certo cognosci, & consequenter in arbitrio creato, etiam si indifferens, poterunt certo cognosci actus liberi futuri.

71 Ad primum respondeo primo, hoc testimonium D. Thomae magis nocere quam favere Molinae; in eo siquidem docet Sanctus Doctor, futura contingencia posse certo cognosci, in causis conditioneribus non impeditis, & supposito quod cognitio impedimento certo innotescat: unde cum illa non possit certo Deo innotescere, nisi in decreto quod habet, de non impediendis causis conditioneribus, ne suos effectus producant; antecedenter ad tale decretum, Deus non potest in causis conditioneribus effectus conditioneres certo cognoscere.

72 Respondeo secundo, quod quamvis Deus in causis conditioneribus non impeditis, independenter a quocumque decreto, certo cognosceret futura contingencia; secluso tamen decreto praedeterminante, non posset in libero arbitrio creato, ejus actus liberos futuros certo praestit. Ratio disparitatis est evidens, causae enim naturales sunt ex se & ex sua natura determinatae ad suos effectus producos: v.g. arbor ad fructificandum, nubes ad pluvium hyberno tempore; unde nisi ab extrinseco, & a causis superioribus & potentioribus impeditur, infallibiliter tales effectus producant; arbitrium vero creatum, cum ex se sit indifferens, & determinatum ad operandum, vel non operandum, & ad elicandos actus hujus vel illius speciei, & in principio omnino indifferens, & indeterminatus, non possit cognosci certus, & determinatus effectus (ut supra §. precedenti ostendimus) in voluntate creatae, seclusa praedeterminatione divina, non possunt ejus actus liberi futuri, certo & determinate cognosci.

73 Ad secundum, concessio Antecedente, nego Consequentiam: licet enim Deus infinite perfectius cognoscat voluntatem hominis, quam pater indolem, & mores sui filii: in illa tamen, non potest certo cognoscere ejus actus futuros, cum in ea non sint certo cognoscibiles, seclusa praedeterminatione divina: in principio enim indifferens, ut indifferens est (ut saepe diximus) non potest cognosci certus & determinatus effectus. Immo quanto magis penetratur, & quanto perfectius cognoscitur causa indifferens & indeterminata, tanto magis cognoscitur ejus contingencia, & indifferencia ad operandum vel non operandum.

74 Ad tertium nego etiam Consequentiam: licet enim supercomprehensio excedat comprehensionem, ille tamen effectus non se tenet ex parte obiecti: ita quod supercomprehensio attingat in obiecto aliquid quod cognoscatur comprehensio (de ratione enim comprehensionis, ut supra §. precedenti dicebamus, est ut nihil obiecti lateat cognoscendum) sed tantum ex parte modi cognoscendi, quatenus clarior per illam videtur illud quod per comprehensionem obscurius cognoscitur. Unde ex eo quod Deus voluntatem humanam supercomprehendat, solum potest inferri quod in ea antecedenter ad decretum, habet perfectiorem & clariorem cognitionem conjecturalem de actibus ejus liberis futuris; quam Angelus qui eam tantum comprehendit. Quando autem dicimus Deum antecedenter

ad decretum, actus nostros liberos cognoscere conjecturaliter, non intendimus admittere in intellectu divino cognitionem conjecturalem ex parte obiecti (haec enim importat imperfectionem dubietatis & incertitudinis, ex parte cognoscentis) sed cognitionem conjecturalem tantum ex parte obiecti, & rei cognite, ut supra exposuimus; haec enim nullam dicit imperfectionem in cognoscente, sed tantum in obiecto cognito.

Ad ultimum, concessio Majori, distingo Minorem: liberum arbitrium ut praemotum, cum actibus liberis indifferenter connectitur, indifferencia libertatis concedo: Indifferencia suspensionis, nego. Sive ut alii loquuntur: indifferencia actuali, & positiva, concedo: indifferencia potentiali, & privativa, nego.

Explicatur breviter: in libero arbitrio creato duplex solet indifferencia distingu: una potentialis, & privativa, quae consistit in carencia, & suspensione actus; & quae idcirco a quibusdam indifferencia suspensionis appellatur, quia voluntas habet antequam operetur, & haec est imperfectio libertatis creatae, illi convenientes ex eo quod non est actus purus, ideoque non competit libertati divinae. Alia dicitur positiva, & actualis, quae alii vocant indifferencia liberitatis, quae consistit in eo quod voluntas quando actu operatur, & elicit aliquem actum, retineat potentiam ad oppositum. Dicitur ergo, liberum arbitrium creatum, antecedenter ad efficacem Dei motionem, esse indifferens primo modo; ac proinde in illo (seclusa divina praedeterminatione) non posse certo cognosci ejus actus liberos futuros. Supposita vero divina motione, & praedeterminatione, licet maneat indifferens secundo modo (ide est taliter agens, ut retineat potentiam ad oppositum) non est tamen indifferens primo modo, & indifferencia potentiali, & suspensionis, id est suspensum, & absque ulla determinatione; sed determinate respicit aliquem actum liberum, ut infallibiliter simul & libere elicendum. Quomodo autem cum illa determinatione libertas subsistat, suo loco dicetur.

S. VII.

Theophilus Raynaudi sententia exploditur.

EX dictis facile constari potest sententia Theophili Raynaudi asserentis loco supra citato, Deum scientia media explorare, quid factura esset nostra voluntas, in his vel illis circumstantiis, si se sola, & absque divino concursu agere posset. In primis enim si voluntas creatae, ut habet adjunctum solum concursum simultaneum, & ut subest morioni, & gratia solum moraliter excitanti, non potest esse medium, in quo Deus certo & infallibiliter cognoscat ejus actus liberos futuros, ut contra Molinam ostendimus; a fortiori eadem voluntas, nude & solitarie sumpta, & sine divino concursu considerata, non poterit habere rationem medi ducentis in certam & infallibilem suorum actuum futurorum notitiam.

Secundo, Absurdissimum est fingere Deum hujusmodi hypotheses impossibiles facere, ad dirigenda sua decreta, vel ad temperandum suum cum causa libera concursum, ne ejus libertatem ledat, eis uti. Nos quidem esse facimus, quando ex absurdo, & impossibili nobis notior, quod consequitur ex antecedente, aliud absurdum, nobis vel omnino ignotum, vel saltem minus cognitum, inferimus: Deo autem omnia aequae nota sunt, nec unum ex alio inferit, nulliusque rei possibilitatem, ex alterius impossibilitate, judicare potest.

Tertio, Implicat Deum concipere aliquid possibile, independenter ab omnipotentia sua: Ergo cum futura, etiam sub conditione, aequae, immo magis a Deo dependeat, quam mere possibilis, a fortiori repugnabit Deum posse concipere actum voluntatis creatae ut conditionate futurum, independenter a sua causalitate & concursu.

Quarto, Inquirere quid homo faceret, si se solo ageret, & sine concursu Dei; idem est, ac investigare, quid facturus esset homo, si esset Deus; soli enim Deo convenit agere independenter a quocumque alio, & sine auxilio, & concursu alterius: At ridiculum est fingere quod Deus exploret per scientiam mediam, quid homo facturus esset, si esset Deus: Ergo & absurda ac plane ridicula est Theophilus sententia, qui ut ab hac difficultate se expediat, in omne latus se vertit, sed eo actibus se implicat, quo magis entitur se exolvere, ut plane esse mas in picce videtur.

Denique, Cum Deus, juxta Theophilum, inspicit voluntatem ex se quasi operantem, vel praevidet eodem numero & specie actus, vel diversi generis: Primum aperte repugnat, nam voluntas operativa ex se independenter a Deo, esset impassibilis, & infinita: qui ergo fieri potest, ut conveniat sibi numero & specie actibus, cum voluntate peccabili & indigna concursu Dei? Si vero secundum dicatur, scientia media non magis interviert ad dirigendam providentiam divinam, quam speculator qui referret duct exercitus, non longe abesse agrum caedibus & ar.

& arbitris, instar aciei ordinatis, plenum, ut ex illo nuntio patet se perinde ad pugnam ac si hostis accederet. Quis credidisset ea praevidimus...

S. VIII.

Rejicitur modus dicendi Suarez.

81 Suarez libro de scientia conditionatorum cap. 3. cui adhaesit Fabius hic dubio 19. docet Deum in aliquo figno rationis, antecedenter ad decretum, ut exercite in illo existens, ipsum cognoscere ut futurum...

Dico, Deum non cognoscere futura contingentia, & actus liberos nostrae voluntatis, antecedenter ad suum decretum, ut exercite existens, in ipsomet decreto cognito ut futuro.

82 Probatur primo: Deus non cognoscit, nec potest cognoscere sua decreta ut futura: Ergo neque praescire futura contingentia & libera in suo decreto, cognito ut futuro in sequenti figno rationis.

83 Secundo, Deus cognoscit suum decretum intuitive: Ergo illud cognoscit ut praesens, non vero ut futurum. Consequentia patet, in hoc enim distinguitur cognitio intuitiva ab abstractiva, quod prima terminatur ad rem, ut praesentem, & existentem, secunda vero abstractit ab ejus praesentia, vel existentia.

84 Tertio, illud quod concipitur ut futurum, concipitur sub non esse, seu sub expectatione & transitu a non esse ad esse: Sed nihil in Deo potest concipi sub non esse, vel sub transitu a non esse ad esse, cum Deus sit actus purus, & ipsum esse per essentiam: Ergo nihil potest in illo esse, vel concipi ut futurum.

85 Denique, Decretum Dei est aeternum, & ut tale a Deo cognoscitur; Ergo non cognoscitur ab illo ut futurum. Consequentia manifesta est: futurio enim repugnat aeternitati, & destruit conceptum ejus essentialem: cum enim sit indivisibilis & tota simul, non novit praeteritum & futurum, sed quicquid in ea est, non nisi est, ut dicit Divus Augustinus super Psalmum 101. Ergo si decretum Dei, ab illo cognoscatur ut aeternum, non potest cognosci ut futurum.

86 Respondet Suarez, haec argumenta solum demonstrare, Deum non cognoscere suum decretum, ut realiter futurum, quia futurio realis repugnat aeternitati, & enti per essentiam, non tamen probare, illud non posse cognosci a Deo ut virtualiter futurum: sicut enim admittitur a Theologis prioritas virtualis inter essentiam divinam, & ejus attributa, & inter attributa, quorum unum est ratio a priori alterius (ut inmutabilitas aeternitatis) sic nihil vetat in divinis decretis, admittere futuritionem virtu-

lem: ita ut si per impossibile non essent aeterna, & Deo praesentia, illa ut futura cognosceret.

Verum haec responsio multas patitur instantias, praef. 87 que congerit, & accumulat difficultates. In primis enim, ut Deus cognosceret sua decreta virtualiter futura, deberet in se distinguere prioritates illas, & signa rationis, quae format intellectus nostris; quidem ille solus potest concipere unum virtualiter futurum respectu alterius, qui eorum distinctionem virtualem potest apprehendere: Sed hoc repugnat perfectioni divini intellectus, haec enim distinctio virtualis fingitur, & apprehenditur ab intellectu humano, propter debilitatem, & imperfectionem sui luminis; quod unico conceptu infinitam Dei cognoscibilitatem adagare & exhaustire nequit: Ergo Deus nequit cognoscere sua decreta, ut virtualiter futura.

Secundo, Licet inter duo attributa divina, quorum unum est ratio a priori respectu alterius, possit concipi prioritas virtualis unius ad alterum; non tamen in uno & eodem virtualiter indistincto, immo nec inter duo, quorum unum non est ratio a priori alterius: Atqui decretum divinum non distinguitur virtualiter a seipso, & cognitio Dei respectu futurorum, non se habet ut ratio a priori, respectu divini decreti: Ergo divinum decretum non potest cognosci a Deo, ut virtualiter futurum.

Tertio, Etsi gratias concederemus, dari in divinis decretis prioritatem virtualem, haec tamen non sufficeret ad futuritionem virtualem; nam illud idem virtualiter existit ad futuritionem virtualem, quod realiter requiritur ad futuritionem realem: Atqui ad istam non sufficit quaecumque distinctio aut prioritas, vel posterioritas realis, sed exigitur quod unum sit realiter prius existens, quam aliud; ut constat exemplo essentiae & proprietatis, quae licet realiter inter se distinguantur, & essentia sit realiter prior proprietatibus, utpote illarum principium, tamen inter essentiam & proprietatem, non datur vera successio, nec proprietates vere, & realiter sunt futura respectu essentiae, quia simul cum illa existunt, & essentia non est illis prior, prioritate existentia, & instantis in quo, sed prioritate tantum natura, & instantis in quo: Ergo similiter ad futuritionem virtualem, non sufficit quaecumque virtualis distinctio, aut prioritas, sed requiritur quod cum distinctione virtuali, unum existat prius alio, prioritate existentia & instantis in quo: At haec prioritas non potest reperiri in Deo; tum quia omnia divina existunt per unicum indivisibilem existentiam: tum etiam, quia se mutuo transcendunt, & unum in alio intrinsece inhabitat, ac proinde, cum nulla res possit prius existere, iis quae intrinsece in illa imbutantur, nihil in Deo prius prioritate instantis in quo, existit quam alterum: Ergo &c.

Probatur secundo conclusio: Si possit divinum decretum cognosci ut futurum, maxime pro illo figno rationis, quo divina voluntas intelligitur ut indifferens ad hoc vel illud decretum ponendum. Ita Suarez ubi supra num. 7. At pro illo priori nequit decretum intelligi sub ratione futuri, sed tantum sub ratione possibilis, omni imperfectione possibilitatis creata seclena: Ergo pro nullo figno, potest decretum ab aeterno existens, obtinere rationem futuri. Probatur Minor: Pro figno possibilitatis rerum, nulla res creata intelligitur ut determinata futura: Ergo nec pro figno possibilitatis decreti, illud cognosci potest, ut determinata futurum; At signum indifferens voluntatis divinae, est signum possibilitatis decreti: Ergo in tali figno divinum decretum non potest cognosci ut futurum.

Si dicas, Praeter signum differentiae voluntatis divinae, & signum existentiae decreti, dari aliud medans inter utrumque, posterius primo, & praecedens secundum, in quo intelligi potest decretum sub ratione futuri. Contra est, nam pro hoc figno inter utrumque medio, vel intelligitur divina voluntas, ut omnino indifferens ad velle & non velle, vel intelligitur determinata ad velle? Si primum, non potest intelligi decretum ut futurum, magis quam ut non futurum. Si secundum: Ergo antecedenter ad decretum, ut exercite existens, intelligitur aliquid divinum voluntatem determinans, quod est implicitorium: Ergo illud signum medium est omnino fictitium.

Explicatur illud amplius: ideo pro figno indifferens voluntatis, nequit intelligi decretum, ut futurum in quo illa est omnino indifferens ad decretum, & ejus negationem: At haec indifferens non potest auferri, nisi per decretum, quod est libera determinatio voluntatis divinae: Ergo divinum decretum non potest concipi ut futurum, in aliquo figno rationis illud antecedenti.

Tertio probatur conclusio, & magis impugnat hic modus dicendi Suarez: Si propter aliquam rationem, scientia futurorum contingentium, existentiam decreti praecederet, maxime quia si per impossibile non existeret decretum, nec esset ab aeterno praesens, Deus illud futurum cognosceret. Ita arguit Suarez ubi supra n. 6. At haec ratio, & falsum supponit, & nihil concludit: Ergo hujus Auctoris fundamentum ruinosum est. Probatur Minor,

nor, in primis quod supponat falsum, patet: nam scientia qua Deus cognoscit decretum est intuitiva respectu illius, & consequenter ab existentia illius, ut a ratione a priori dependens: Ergo ex hypothese quod decretum non esset Deo praesens ab aeterno, talis scientia per locum a priori desineret esse.

Quod vero nihil concludat, probatur: nam eadem ratione cognosceret Deus Verbum ut futurum: Consequens est falsum: Ergo &c. Probatur sequela: Si enim per impossibile, Verbum ab aeterno non esset; sed esset in tempore futurum, Deus ab aeterno cognosceret ejus futuritionem; quod non potest negare Suarez, si vera est hypothesis, quam circa decretum confingit: Ergo si est illa hypothesis circa decretum facta, recte colligit Deum cognoscere firm decretum ut futurum, antequam intelligatur existens; idipsum teneatur fieri respectu Verbi Divini, quod nempe ut futurum cognoscitur a Deo, antequam intelligatur ut exercite existens.

83 Probatur quarto conclusio, & magis impugnat sententia Suarez, ex absurdo quod ex ea sequitur. Si enim Deus in figno rationis antecedente existentiam sui decreti, illud ut futurum cognoscit, cognoscit illud ut futurum necessario, & non libere: Sed hoc est absurdum, & repugnat libertati divinae: Ergo &c. Sequela Majoris probatur. Omne quod cognoscitur ut futurum, debet cognosci ut habens determinationem in sua causa, ad existendum in duratione vel instanti sequenti: At divinum decretum, in eo figno, in quo secundum Suarez cognoscitur ut futurum, non potest cognosci ut habens determinationem liberam, sed naturalem & necessariam in voluntate divina: Ergo non potest cognosci ut libere, sed ut necessario futurum. Minor probatur: Si enim in eo figno in quo secundum Suarez, decretum a Deo cognoscitur ut futurum, supponeret in voluntate divina aliquam determinationem liberam, supponeret in illa aliud decretum (omnis enim determinatio libera voluntatis divinae, decretum est) & sic daretur decretum de decreto, & processus in infinitum. Unde si in tali figno illud concipitur, ut habens aliquam determinationem in voluntate divina, non potest concipi habere in illa aliam determinationem, quam naturalem & necessariam. Quare ille Auctor, ut humanam libertatem astruat, destruit divinam, ac proinde etiam & humanam, quae sine divina subsistere nequit: sicut nec rivulus sine fonte, neque radius sine Sole, nec universaliter ullus effectus sine sua causa.

84 Denique rejicit potest haec sententia Suarez, ex alio inconvenienti, quod sequitur ex illa: Sequitur enim scientiam absoluturam in Deo, non minus esse mediam inter liberam & naturalem, quam scientiam conditionatorum, in Anterioriorum sententia: Sed hoc illi non admittunt: Ergo &c. Probatur sequela Majoris: Scientia conditionatorum objective involvit liberum decretum, ut jam fere omnes Auctores fatentur, & tamen, quia non supponit illud subjective, ut exercite existens, vel media inter naturalem & liberam; juxta diversas illorum sententiarum, infra referendas: Ergo similiter si scientia absoluturam non supponat decretum subjective, & ut exercite existens in Deo, fed objective tantum illud involvat, ut docet Suarez, non erit libera perfecte, sed media inter liberam, & necessariam.

S. IX.

Discurrunt argumenta Suarez.

85 Objicit primo Suarez: Deus, pro illo figno rationis, in quo nondum intelligitur habere liberum decretum, comprehendit suam essentiam, & voluntatem: Sed non potest illam comprehendere, nisi in ea cognoscit sua decreta futura in sequenti figno; cum enim cognitio comprehensiva sit omnibus modis perfectissima, debet se extendere ad id omne quod in objecto comprehensione continetur: Ergo Deus cognoscit sua decreta ut futura.

86 Secundo, Decreta Dei libera in illo figno rationis, in quo voluntas divina non concipitur adhuc determinata ad erendum v.g. hoc universum, non sunt acta praesentia in seipsis, cum in tali figno non habeant, nec concipiuntur habere existentiam: Ergo sunt futura, ac proinde in talia, ab intellectu divino cognoscuntur, & in illis futura contingentia, & actus liberi nostrae voluntatis.

87 Tertio, in illo figno in quo Deus antecedit sua decreta libera, & concipitur habere scientiam simplicis intelligentiae, illa propositio Deus non decernit in sequenti figno creare universum, est falsa, cum sit diversa sui objecto, ac proinde ejus contradictoria, nempe Deus decernit in sequenti figno creare universum, vera: Ergo decretum de creatione mundi, in tali figno est determinate futurum, ac proinde cognoscibile ut tale ab intellectu divino.

88 Quarto, Si Deus non possit cognoscere suum decretum ut futurum, maxime quia illud est aeternum, & aeternitate mensuratum: Sed hoc non obstat: Ergo illud cognoscit

ut futurum. Major patet, Minor probatur dupliciter. Primo quia licet decretum sit aeternum, hoc tamen non obstat, quia illud sit & cognoscatur a Deo ut possibile, perfectam simpliciter intelligentiam, qua comprehendit suam voluntatem, ut patentem ad libere se determinandum, ad creationem v.g. hujus universi: Ergo a fortiori aeternitas divini decreti, non obstat quin illud in aliquo figno rationis possit habere rationem futuri, & ut tale a Deo cognosci. Consequentia videtur manifesta, quia futurum minus distat a praesenti, quam possibile, cum illud non transeat in praesens, nisi mediante futuro.

Secundo probatur eadem Minor: Si Deus ab aeterno creasset Angelam operantem, v.g. diligentem, posset cognoscere talem dilectionem, ut posteriorem, & quodam modo futuram, respectu naturae illius Angeli: Ergo non repugnat aliquid esse aeternum, & nihilominus cognosci a Deo ut futurum, sicut virtualiter.

Ad primum dicendum: quod quamvis Deus in illo priori in quo in eo concipiuntur tantum actus naturales & necessarii, comprehendat perfectam simpliciter intelligentiam suam essentiam, & voluntatem; in ea tamen non cognoscit sua decreta ut futura: quia cum in tali figno divina voluntas sit omnino indifferens, & indeterminata ad productionem rerum, non est medium in quo divina decreta possint cognosci, ut determinate futura: ut enim supra §. 5. dicebamus contra Molinam, in principio indifferenti & indeterminato, non potest cognosci certus & determinatus effectus. Adde quod illud argumentum Suarez supponit dari in Deo aliquam prioritatem in quo, inter actus necessarios & liberos: quod esse falsum, constat ex statim dicendis.

Ad secundum nego Antecedens, quia signum illud in quo divina voluntas concipitur ut indifferens, & indeterminata ad erendum v.g. hoc universum, non est aliqua prioritas in quo, sed tantum a quo, quae non sufficit ad futuritionem etiam virtualem, ut ostendimus §. praecedenti: alioquin proprietates possent dici futurae, respectu essentiae, & Pater aeternus posset cognoscere suum Verbum ut futurum, ut ibidem dicebamus.

Explicatur & magis illustratur haec responsio ex Salmanticensibus hic disp. 7. dub. 4. ubi docent, quod licet inter actus liberos Dei, & necessarios, sit aliqua prioritas instantis a quo, quatenus scilicet actus necessarii, sunt rationes liberorum, a quibus quasi a priori pendet: & etiam prioritas instantis in quo, secundum modum nostrum imperfectum concipiendi, qui tamen non habet fundamentum in re: non tamen debet admitti prioritas instantis in quo, in ordine ad intellectum divinum, & fundata in ipso objecto. Nam ut egregie dicit D. Thomas loco supra citato, in Deo non concipitur actus liber ut egressivus, sed ut egressivus, sicut a causa agente in actu secundo, non concipitur effectus egressivus, seu actus egressivus: unde sicut licet principium actuale operationis sit prius illa, prioritate naturae, & instantis a quo: operatio tamen non est nec concipi potest ut futura respectu illius, quia existit in eodem instanti cum illa: prioritas enim a quo, non est prioritas durationis, & existentiae, seu causalitatis tantum, & naturae. Ita similiter, cum actus liberi sint posteriores necessariis, secundum instans tantum a quo, & non in quo, non possunt esse, nec concipi ut futuri, sicut ab intellectu divino.

Dices: Si actus liberi sint in eodem instanti in quo sunt necessarii, sequitur quod Pater aeternus producat Verbum, sua decreta, & in illis creaturas ut futuras cognoscat, & sic quod Verbum Divinum procedat ex cognitione futurorum: quod est contra communem Theologorum sententiam.

Respondent Salmanticenses ubi supra, negando sequentiam Majoris, quia cum Verbum Divinum sit ens omnimode necessarium, duo requirit ex parte cognitionis a quo procedit: primum quidem, quod talis cognitio sit in eodem figno in quo praedictum Verbum intelligitur procedere. Secundum, quod illa sit de objecto omnino necessario, non vero contingentis, aut libero: ac proinde quod sit cognitio simpliciter necessaria: quod secundum deest divina cognitioni, ut terminatur ad actus liberos ipsius Dei, & ita praedicti actus, & eorum cognitio, se habent mere concomitantur ad productionem Verbi Divini, nec formaliter ad illam concurrunt, ut in Tract. de Trinit. disp. 9. art. 3. dicemus.

Ad tertium, Negandum est suppositum Antecedens, in quo supponitur quod Deus antecedat sua decreta libera, aliqua prioritate in quo, & non solum a quo. Si vero Antecedens intelligatur de figno rationis a quo, negandum est intuitu propositionem, Deus non decernit creare mundum, esse falsam: quia cum verbum decernit, aut non decernit, significet de futuro, & actus divina voluntatis, quo Deus determinatur, sit ei praesens in omni figno in quo (eo quod mensuretur aeternitate, & intuitiva ab illo cognoscatur) oportet ut respectu intellectus divini, semper sit falsa illa propositio de futuro, Deus decernit, ac proinde ejus contradictoria, nimirum, de futuro non decernit: semper vera. Adde

Adde, quod falsum est, quod supponit Suarez in argu-
mento: unam scilicet ex propositionibus contradictoriis
de futuro contingenti, esse determinate veram, & alteram
determinate falsam, in signo antecedenti divinum decre-
tum, de quo fuit articulo sequenti.

103 Ad ultimum nego Minorem: Ad cuius primam proba-
tionem dicendum est, Deum cognoscere per scientiam simpli-
citer intelligentis suum decretum ut possibile, sumendo
possibile improprie, & largo modo, sicut fit in propria &
stricta significatione utriusque. Possibile enim potest sumi
duobus modis: primo improprie, & in ampla quadam si-
gnificatione, prout scilicet significat illud quod absolute
non repugnat. Secundo proprie & stricte, & prout deno-
tat illud quod continetur solum in potentia causae, om-
nino indifferens & indeterminat ad eius productionem.
Quamvis ergo divina decreta possint dici possibilis primo
modo, quia non repugnant esse (in quo etiam sensu,
divina essentia, attributa, divina persona, & omnia quae
sunt in Deo, possibilis dici possunt) in secunda tamen
acceptatione divina decreta non possunt esse, nec cognosci
a Deo, ut possibilis: ad hoc enim necessarium esset, ut
Deus cognosceret in aliquo signo, & instanti rationis in
quo, & non solum a quo, suam voluntatem, ut omnino
indifferenter, & indeterminatam ad futuritatem, vel non
futuritionem rerum: quod repugnat iam ostendimus.

104 Ad secundam probationem Minoris principalis, respon-
do primo negando Antecedens: Supposito enim quod
Deus ab aeterno creasset Angelum diligentem, ejus dile-
ctio non posset ab illo cognosci ut futura, quia essentia
Angeli esset ea tantum prior, prioritate a quo, quod
(ut ostendimus) non sufficit ad futuritionem, etiam
virtualem.

Secundo, dato & non concesso Antecedens, negatur
Consequentia & paritas. Ratio disparitatis est, quia in
tali causa, substantia Angeli, ejusque dilectio, per acci-
dens tantum mensurarentur aeternitate, tanquam men-
sura non sibi propria, & essentiali: At vero divinum de-
cretum mensuratur aeternitate, tanquam mensura propria,
& sibi essentiali.

ARTICULUS IV.

An Deus certo praesciat futura contingentia & libera
in eorum veritate objectiva?

§. I.

Proponitur status quaestioni.

105 Notandum primo: Duplicem a Philosophis distingui
veritatem: unam formalem qua residet in intelle-
ctu cognoscente: alteram objectivam, qua est in ipso ob-
jecto cognito, & qua consistit in connexione praedicti
cum subiecto: qua fit necessaria, & fundata in natu-
ra, & quidditate objecti, praeposito que illam enuntiat,
dicitur necessaria, & aeterna veritatis: si autem con-
tingens, & proveniens ab extrinseco, vocatur de futuro
contingenti.

Notandum secundo, sive potius supponendum, Propo-
sitiones de futuro contingenti, esse determinate veras, aut
falsas ab aeterno, pro omni instanti reali: quia nullum
potest assignari instans reale, in quo Deus non se determi-
naverit, absolute, vel conditionate, circa futuritionem,
vel non futuritionem omnium rerum possibilium, mediante
decreto absoluto, vel conditionato: unde dependenter a
tali decreto, ab aeterno in Deo existente, sunt omnes con-
tingentes, & libera, sicut ab aeterno determinate futura,
vel non futura, & consequenter propositiones de illis
enuntiate, determinate vere, vel falsae in omni instanti
reali. Hoc tamen non obstante, Theologi distinguunt in
Deo duo signa vel instantia rationis (abstrahendo ab eo
quod sint instantia rationis in quo, vel solum a quo) in
quorum priori Deus intelligitur in sua natura constitutus,
cum suis attributis essentialibus, & ut cognoscens omnia
possibilia per scientiam simpliciter intelligentem, nihil tamen
adhuc determinans circa futuritionem, vel non futuritio-
nem rerum. In secundo vero concipitur in Deo decretum,
quo se libere determinat ad illas producendas in aliqua
differentia temporis, vel ad illas relinquendas in statu me-
re possibilitatis. Quaritur ergo, an in illo primo signo
rationis, in quo adhuc non concipitur in voluntate divina
decretum absolutum, vel conditionatum, circa futuritio-
nem, vel non futuritionem rerum contingentium, illae
sint determinate futurae, vel non futurae, absolute, vel
conditionate; & propositiones de illis enuntiate determi-
nate vere, vel falsae? Sive quod illud est, an futuritio
determinata rerum contingentium, eorumque veritas obje-
ctiva, sit dependens, vel independens a divino decreto? Si
enim ab illo non dependat, erit eo prior, & illud
antecedens, si autem dependeat, erit eo posterior, & sub-
sequens ad illud.

106 Notandum tertio, Quod sicut quando dicitur, quod

alter oculus est necessarius ad videndum, hoc potest in-
telligi duobus modis: primo ut *ly* alter supponat determi-
nate, & pro aliquo in particulari, & in individuo: se-
cundo, ut supponat confuse, & indeterminate, pro ali-
quo, quicumque ille sit, vel dexter vel sinister, ut ex-
plicari solet in Logica. Ita similiter, quando quaritur an
aliqua ex propositionibus contradictoriis de futuro conti-
genti, sit vera vel falsa, ante decretum, hoc potest in-
telligi, vel de aliqua indeterminate, & confuse, quaecum-
que illa sit, vel de aliqua determinate, in particulari,
& in individuo. Si quaelibet in primo sensu intelligatur,
extra dubium & controverfiam est, aliquam ex propo-
sitionibus contradictoriis de futuro contingenti, indetermi-
nate & confuse, debere esse veram, vel falsam: id est
ambas non posse esse simul veras, & simul falsas, Unde
solum est difficultas, & controverfia inter Theologos, an
aliqua determinate, in particulari, & in individuo, v. g.
haec *Antichristus erit, Petrus convertetur*, habeat determi-
natam veritatem objectivam, ante decretum & praedicti-
onem voluntatis divinae, in qua Deus certo cognoscit fu-
tura contingentia & libera.

Partem affirmativam tenent communiter Recentiores
extra Scholam D. Thomae. Sententiam tamen negativam
expresse tradit Aristoteles cap. 8. 1. Periherm. D. Thomas
ibidem lect. 12. omnesque fere antiqui Aristotelis Interpre-
tes: Ammonius, Averroes, Boetius, Julius Paccius,
alique Peripatetici, in illum locum: quibus ex Recen-
tioribus subscribunt Fonseca cap. 7. in expla-
natione textus, & 3. Institutionum cap. 6. Henricus
Tomo 2. lib. de ultimo fine hominis cap. 4. Bellarmus
lib. 2. de gratia & libero arbitrio cap. 4. & 15. Toletus
ad cap. 8. Periherm. alique plures. Eandem sententiam
tuetur Scotus in 1. dist. 39. q. 1. §. 10. de contingenti-
a rerum, ubi haec scribit: *In illo primo instanti (antecedenti
decreto) non sunt vera contingentia, quia nihil est tunc
per quod habeant veritatem determinatam: postea autem de-
terminatione voluntatis divinae, jam sunt vera, videlicet pro
illo secundo instanti.* Quo nihil clarius & expressius in fa-
vorem nostrae sententiae dici potest.

§. II.

Vera Sententia stabilitur, & auctoritate Aristotelis,
& D. Thomae firmatur.

108 Deo igitur Propositiones de futuro contingenti, an-
te decretum, nullam habere veritatem objectivam
determinatam, in qua Deus futura contingentia, vel li-
bera certo cognoscit. Ita (ut dixi) expresse docet Ari-
stoteles 1. de interpret. cap. 8. ubi loquens de futuris con-
tingentibus, qua talibus, & prout continentur in suis
causis indifferenter, antequam salva earum indifferen-
tia, ad illorum productionem determinentur; ac proinde
loquens implicite & virtualiter de illis, ut praedictum ef-
ficax decretum Dei, quo causae praedictae determinantur,
in ipso capitis exordio, sic ait: *In his ergo quae sunt &
quae futura sunt necesse est affirmationem veram vel falsam ef-
ficari. In singularibus vero quae futura sunt non similiter.* Ubi
S. Thomas lect. 13. in his quae sunt, id est in propositionibus
de praesenti, & in his quae futura sunt, id est in propositionibus
de praeterito, necesse est quod affirmatio vel negatio determina-
te sit vera vel falsa. Et post pauca: *Sed in singularibus
futuris est quadam dissimilitudo, nam in praesentibus & praesen-
tibus necesse est quod altera oppositarum determinate sit ve-
ra, & altera falsa in quacunque materia: Sed in singula-
ribus quae sunt de futuro, hoc non est necesse quod una deter-
minate sit vera, & altera falsa, & hoc quidem dicitur quan-
tum ad materiam contingentem.* Quo nihil clarius, & ex-
pressius in favorem nostrae conclusionis dici potest.

Idem docet in 1. sent. dist. 38. quaest. 1. artic. 5. ad 2.
his verbis: *E futurum contingens non est determinate verum
antequam fiat, quia non habet causam determinatam.* Et
quaest. 16. de malo art. 7. Ea, inquit, quae sunt ad utrum-
libet, non possunt praecognosci in suis causis determinate, sed
sub distinctione: *scilicet quia erunt vel non erunt, sic enim
habet veritatem.* Videndus est etiam in hac parte q. 16.
art. 7. ad 3. ubi expressissime loquitur.

109 Ex quibus habes Gabrielem Vasquez, & alios Recen-
tiores, non solum male de Aristotele mereri, fed etiam in
D. Thomae graviter peccare, dum asserunt Aristotelem
determinatam, in eo quod docuit propositionum contradic-
toriarum de futuro contingenti, neutram esse determinate veram,
vel falsam: quia (inquit) per hoc certum, & infallibilem
futurorum contingentium praedictam Deo denegavit.
Pater, inquam, hanc responfionem non solum esse frivo-
lam, sed etiam S. Doctori injuriosam. Si enim in hoc er-
rasset Aristoteles, non debuisset S. Thom. ei adherere,
ejusque sententiam sequi, fed potius illum corrigere, ac
emendare. Praeterquam quod, male omnino dicitur illi
Auctores, dum ex eo quod dicit Aristoteles docuit contra-
dicentium propositionum de futuro contingenti, neutram
esse determinate veram, vel falsam, inferunt illum Deo
certam

certam futurorum notitiam abstulisse. Aliud enim est,
quod Deus futura contingentia ante decretum, & deter-
minationem suae voluntatis non cognoscit, cum pro eo
peiori non sint determinata vera, nec proinde cognoscibi-
lia; & aliud quod ea absolute non praescit, nec praevi-
deat; & sicut ex primo potest deducendum, eodem mo-
do posse quis inferre, in Deo nullam esse libertatem,
quia in eo signo rationis, in quo actus notionales, &
necessarii in Deo concipiuntur, nullum in eo intelligitur
libertatis exercitium. Item ex eo sequeretur, Deum non
esse omnipotentem, nec justum, nec misericordem; quia
in eo signo rationis, in quo concipiuntur divinarum natura-
rum, ut est intra propriam lineam, praecisus per intellectum at-
tributis, non apprehendimus in illo omnipotentiam, nec
justitiam, aut misericordiam. Denique in Deo non esset
Trinitas Personarum, quia in illo signo rationis, in quo
divina natura, abstractis per intellectum personalitatibus,
apprehenditur, nulla in eo concipiuntur relationes, aut
personae, vel actus notionales.

110 Non valet etiam aliorum responso, qui dicant Ari-
stotelem & D. Thomam non negare unam ex propositionibus
contradictoriis de futuro contingenti esse determinate veram,
quoad se, & respectu intellectus divini, sed solum
quoad nos, & respectu intellectus humani, cui talis veri-
tatis occulta & incognita est, Non valet, inquam, haec
elutio: Tum quia, juxta illam, discernimus quod Aristote-
les & D. Thomas inter propositiones de futuro contingen-
ti, & de praesenti ac de praeterito statuunt, subsistere ne-
quit, cum non solum propositiones de futuro contingen-
ti, sed etiam de praesenti & de praeterito, possint esse
nobis occulta & incognita. Tum etiam, quia non aliam
reddunt rationem, quare neutra ex propositionibus con-
tradictoriis de futuro contingenti sit determinate vera vel
falsa, nisi quia futurum contingens non habet esse deter-
minatam in suis causis, ut patet ex verbis D. Thomae in
1. dist. 38. quaest. 1. art. 5. ad 2. supra relatis, ait enim:
*E futurum contingens non est determinate verum antequam fiat,
quia non habet causam determinatam.* Sed haec ratio probat
futura contingentia non habere veritatem objectivam
determinatam ante decretum, etiam quoad se, & respectu
intellectus divini: Ergo praedicta interpretatio non est
legitima.

§. III.

Conclusio rationis suadetur.

111 Potest insuper probari conclusio ratione fundamentali,
quam sic breviter propono. Veritas objectiva determi-
nata, de objecto absolute, vel conditionate futuro,
praeposito ipsum objectum ut absolute, vel conditionate
futurum: Sed nullum contingens ante decretum, &
praedictionem voluntatis divinae, est absolute, vel con-
ditionate futurum: Ergo nec ulla propositio de futuro con-
tingenti determinate vera vel falsa. Major constat ex il-
lo communi Philosophorum axioma: *Ex eo quod res est
quae non est, praeposito dicitur vera vel falsa: cuius ratio est,
quia verum praeposito ens, sicut proprietates essentialis.
Minor autem constat ex dictis §. 2. articuli praecedentis,
ubi demonstravimus ante decretum, & praedictionem
divinae voluntatis, nihil esse determinate futurum: Tum
quia ante illud res omnes sunt in statu mere possibilitatis,
tunc & adhuc habent esse in virtute & omnipotentiae Dei;
& tunc adhuc nihil amplius habebat mundus hic produ-
ctus, quam qui solum est possibilis: Tum etiam, quia
ante Dei decretum, futura contingentia non habent esse
futurum ex natura sua, alias Deus non posset facere ut
non essent futura; neque ex Dei causalitate, cum enim
Deus sit agens liberum, non potest intelligi aliqua ejus
causalitatis, ante decretum, & liberam determinationem
suae voluntatis.*

112 Adde quod, futurum (ut supra ostendimus) est illud
quod est determinatum in causa, ad habendam existentiam
pro duratione sequenti: unde cum ante decretum,
quod est libera determinatio divina voluntatis, nihil sit
determinatum in causa prima, ad habendam existentiam
pro duratione sequenti, nihil etiam antecederet ad il-
lud, potest esse, vel concipi ut determinate futurum: si-
cut nec ante Dei potentiam nihil potest esse, vel concipi
ut possibile.

113 Probat secundo conclusio: Omnis veritas objectiva
determinata, debet fundari in aliquo esse, cum veritas
consequatur ad ens: Vel ergo veritas objectiva futuro-
rum contingentium ante decretum, fundatur in esse quod
habent in se, vel in esse quod habent in suis causis:
Neutrum dici potest: Ergo nullam habent veritatem ob-
jectivam ante decretum. Minor, quantum ad primam
partem, constat: contingentia enim, quamvis sunt futu-
ra, non sunt in se, ut pater: Ergo veritas objectiva eor-
um, si quam habeant, non potest fundari in esse quod
habent in se. Probat vero quantum ad secundam.
Nulla res futura habet esse certum & determinatum in
causa indifferenti, & impedibili, ut supra contra Moli-

nam ostendimus: Sed ante decretum omnis causa libera
& contingens, est indifferens, & impedibilis, sicut a
Deo: Ergo ante illud non habet esse certum & determi-
natum in suis causis. Unde D. Thomas in 1. dist. 38. q. 1.
art. 5. *Quaedam causae sunt quae se habent ad utrumque, &
in istis causis effectus de futuro nullam habent certitudinem,
vel determinationem.*

114 Confirmatur: Veritas objectiva, ut diximus in primo
notabili, consistit in connexione praedicti cum subiecto.
At in signo rationis antecedente divinum decretum, nulla
potest esse aut concipi connectio inter praedictum & sub-
jectum propositionum de futuro contingenti: Ergo nec ul-
la veritas objectiva. Minor probatur, in tali signo nul-
la potest esse vel concipi causa, quae certo & infalli-
liter conjungat extrema propositionis de futuro contin-
gentium, verbi gratia, existentiam cum Antichristo, vel con-
versionem cum Petro: nam in tali signo non concipitur
in Deo, nisi omnipotentia nuda sumpta, & omnino inde-
terminata ad productionem rerum; & secundum principia
Adversariorum, decretum indifferens concurrendi ad quod-
cumque homo voverit: At connectio illorum extremo-
rum, non potest procedere, nec a divina omnipotentia
nude sumpta, & indeterminata, neque a decreto indiffe-
renti: quia (ut saepe diximus cum S. Thoma) a causa
indifferenti, ut indifferens est, non potest oriri certus
& determinatus effectus: Ergo in signo antecedenti de-
cretum, nulla potest esse aut concipi connectio determi-
nata inter praedictum & subiectum propositionum de fu-
turo contingenti.

115 Probat tertio: Adversarii dum intendunt suadere de-
terminationem veritatis objectivae in futuris contingenti-
bus, pro priori ad decretum, committunt circulum viti-
osissimum: etenim determinationem veritatis objectivae suade-
re nuncunt, ut probent determinationem veritatis for-
malis existentis in divino intellectu; quod patet; ponunt
enim determinatam veritatem objectivam in futuris con-
tingentibus, ut in ea certo a Deo cognoscatur, cognitio-
ne omnino infallibili, quaeque non sit exposita fallitatis:
hoc autem idem est ac probare determinationem veritatis
formalis. At etiam determinationem veritatis objectivae,
colligunt ex determinatione veritatis formalis: Ergo com-
mittunt circulum vitiosum. Minor subsumpta probatur:
nam pro illa determinatione sic arguit. Tunc propositio
est vera determinate, quando significat rem sicuti est:
Sed hoc habet propositio de futuro contingenti ante de-
cretum: Ergo ante illud habet veritatem determinatam.
At propositio significans, est formalis, non autem obje-
ctiva; haec enim non significat, sed significatur. Ergo
etiam ex veritate determinata propositionis formalis, con-
stantur inferre determinatam veritatem objectivam futuro-
rum contingentium, ac proinde circulum committunt vi-
tiosissimum. Ita egregie illustrissimus & sapientissimus
Magister Petrus Godoy, Episcopus Oxomensis, in manu-
scriptis Tractatus de scientia Dei.

116 Probat quarto conclusio, evertendo praecipuum Ad-
versariorum fundamentum. Si propositiones de futuro
contingenti essent vere determinate, pro priori ad decre-
tum, maxime quia in tempore futuro habebunt suam de-
finitam veram: v. g. illa propositio: *Si Deus, Petrus voca-
verit, convertetur*, ideo secundum Adversarios, est determi-
nate vera ante decretum, quia adveniente tempore, pro
quo consensus futurus dicitur, & conditio posita, Pe-
trus consentiet determinate: At ex veritate propositionis
de inesse, non licet colligere veritatem determinatam in
propositione de futuro, pro omni priori naturae, sed ad
fundamentum de futuro, pro omni priori naturae, sed ad
praecipuum fundamentum adversae sententiae. Major pater,
Minor probatur. Ex tali veritate de futuro, non sequitur
fuisse veras propositiones de futuro, pro omni instan-
ti naturae; alias ex hoc quod Petrus modo consentiet vo-
cationi Dei, liceret inferre fuisse consentiarum, sub
conditioe quod vocaretur, pro signo possibilitatis rerum;
immo & pro signo antecedente divinum omnipotentiam,
& ipsius Dei existentiam, quod nemo dicit: Ergo nec re-
cte colligitur futurum determinatum, pro priori ad decretum,
& praedictionem voluntatis divinae.

117 Probat quinto, & simili argumento aliam Adversario-
rum fundamentum convellit: illi enim ex natura & vi
oppositiois contradictoriae, inferunt determinatam verita-
tem aut falsitatem in propositionibus de futuro contingen-
ti ante decretum; Sed ex natura & vi oppositiois con-
tradictoriae, male inferunt talis determinata veritas aut fal-
sitas, pro priori ad divinum decretum: Ergo aliud funda-
mentum corrumpit. Major est certa, & constat
ex verbis Patris Martini in 1. dist. 6. art. 5. §. 4. reit-
rendis. Minor vero probatur. Vi contradictiois non pe-
tunt quod una propositio sit determinate vera & altera falsa,
pro priori ad decretum divinum; sed ad fundamentum petunt
pro omni instanti reali, una sit vera, & altera falsa: Ergo
ex vi & lege contradictiois, non bene inferunt determina-
ta veritas aut falsitas in propositionibus contradictoriis de
futuro contingenti, pro priori ad decretum. Consequentia
est 12.